In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam omnia acta mundi subito unda detergeret oblivio, nisi ea
litterarum soliditas et testium annotacio memorie commendaret eterne. Proinde nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie
necnon terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, Magnusdux Lithwanie, Pomeranieque dominus et heres
Russie etc. Significamus tenore presencium universis et singulis quibus expedit, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris,
qualiter attendentes varias dissensiones et controversias inter civitates nostras Brest ab una et Radzeow incolas
per earundem civitatum ab altera partibus, pro eo et ex eo quod incole civitatum predictarum utrinque inter se ad fora commu-
nia sive septimanalia cum omnibus indifferenter rebus et mercibus quibuscunque, unius civitatis incole in dampnum
alterius convenerant equitasse jam a multis et retroactis temporibus solebant et usque in presentes dies vergentes, cuius
[illegible] solebant, atque easdem amovere cupientes, prelatis et Baronibus Regni nostri huiusmodi differencias revidere
et practicare commisimus. Qui visis et auditis civitatum predictarum juribus, de voluntate, sciencia et consensu nostris
ac vigore nostro super predictis differenciis talismodo decreverunt, huiusmodi per ordinacionem inter ipsas civitates per-
petuo observandam fecerunt et constituerunt, quod videlicet incole civitatis Radzeow ad civitatem nostram Brest ad fo-
ra septimanalia cum rebus mercimonialibus cuiuscunque generis aut speciei fuerint libere equitabunt semel in sep-
timana. Cives predicti civitatis nostri Radzeowienses pannum cuiuscunque coloris aut precii fuerint in ulnas mensurando
et incidendo libere vendent. Excepto tamen quod pannos [illegible] et [illegible] qui pro duos grossos aut ad minus
pro decem [illegible] ad huiusmodi septimanalia fora ducere et vendere penitus non debebunt. [illegible] et Carnifices
predicte nostre civitatis et oppidi Radzeow cum quibuscunque pecorum et pecudum carnibus ad forum iam dictum sep-
timanale equitandi, carnes quoque vendendi plenam habebunt potestatem. Exceptis salis ductoribus aliis prius, necnon
artificibus, ut [illegible], aliorumque artificiorum operariis, quibus huiusmodi fora septimanalia visitandi au-
feremus libertatem. Parimodo civitatis nostre Brest ordinacione superius expressata per omnia puncta et articulos apud
ipsos Radzeowienses cives utentur et gaudebunt vice versa. Illo tamen expresso quod civitas nostra Radzeow
prefata ordinacione, scilicet equitandi ad fora septimanalia, pannos seu res mercimoniales quascunque, carnes
et carnifices vendendi libertate perfruentur tamdiu prout in litteris civitatis Bresten per eosdem a predecessoribus
nostris optentis est expressum et descriptum, videlicet donec civitas per oppidum Radzeow huiusmodi aut saltem lignorum
clausura alias [illegible] circumferencialiter cincta sit et munita, quo facto utraque civitas ab eiusmodi equita-
turis et ductura pannorum et rerum mercimonialium necnon carnium vendicione resilebunt et desistent. Harum quibus
Sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio literarum. Actum et datum in Nyeshowa feria [illegible], ipsa die inventionis
sancte Crucis, anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo, presentibus Reverendissimo ac Reverendo in Christo patribus dominis
Wladislao archiepiscopo Gneznensi et primate et Andrea Poznaniensi Episcopo, necnon magnificis et generosis Luca de Gorka Pozna-
niensi, Iarando de Brabcze Siradiensi, Johanne de Kuthnow Brestensi, [illegible] de [illegible] Iunivladislaviensi
[illegible] ... magnificis [illegible] Johannis de Coniecpolie



Ueris

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam omnia acta mundi subito unda detergeret oblivionis, nisi ea
litterarum soliditas et testium annotatio memorie commendaret eterne, Proinde nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie
necnon terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, Magnusdux Lithwanie, Pomeranie que dominus et heres
Russie etc. Significamus tenore presencium universis et singulis quibus expedit presentibus et futuris, presenciam nostram habituris,
quomodo attendentes varias dissensiones et controversias inter Civitates nostras Brest ab una et Radzeow incolas
que earundem Civitatum ab altera partibus, pro eo et ex eo quod Incole Civitatum predictarum utrinque inter se ad fora commu-
nia sive Septimanalia cum omnibus indifferenter rebus et mercibus quibuscunque, unius Civitatis Incole in dampnum
alterius consueverant exercitasse, iam a multis et retroactis temporibus subortas et usque in presentes dies vergentes, cupientes
penitus sedare atque easdem amovere, cupientes prelatis et Baronibus Regni nostri huiusmodi differencias revidere
et practicare commisimus, qui visis et auditis Civitatum predictarum Juribus, de voluntate sciencia et consensu nostris
ac vigore nostro super predictis differencijs talimodo devenerunt, huiusmodi quoque ordinacionem nos ipsas Civitates pre-
sentibus obstringendam fecerunt et constituerunt, quod uterque Incole Civitatis Radzeow ad Civitatem nostram Brest ad fo-
ra Septimanalia cum rebus mercimonialibus cuiuscunque generis aut speciei fuerint libere exercitabunt semel in Sep-
timana, Eciam predicti Cives nostri Radzeowienses pannum cuiuscunque coloris aut precij fuerint in ulnas mensurando
et incidendo libere vendent, Excepto tamen quod pannos Nemoreses et Remissiores qui pro duos grossos aut ad minus
pro decem scotos ad huiusmodi Septimanalia fora ducere et vendere penitus non debebunt. Similiter et Carnifices
predicte nostre Civitatis et opidi Radzeow cum quibuscunque pecorum et pecudum carnibus ad forum iam dictum Sep-
timanale exercendi carnes que vendendi plenam habebunt potestatem, Demptis salis ductoribus allecium que, necnon
artificibus videlicet sutoribus aliorumque artificiorum operarijs quibus huiusmodi fora Septimanalia visitandi au-
ferimus libertatem. Parimodo Civitas nostra Brest ordinacione superius expressata per omnia puncta et articulos apud
ipsos Radzeowienses cives utentur et gaudebunt viceversa. Illo tamen expresso quod Civitas nostra Radzeow
predicta ordinacione scilicet exercitandi ad fora Septimanalia pannos seu res mercimoniales quascunque, carnes
que carnifices vendendi libertate potientur tamdiu prout in litteris Civitatis Brestensis per eosdem a predecessoribus
nostris obtentis est expressum et descriptum, videlicet donec Civitas nostra Radzeow muro aut saltem lignorum
clausura, alias Plankowanyem, circumferencialiter clausa fuit et munita, Cum pro tunc utraque Civitas ab huiusmodi exerci-
ciis et ductione pannorum que et rerum mercimonialium necnon carnium vendicione cessabunt et desistent. Harum quibus
Sigillum nostrum presentibus est appensum testimonio litterarum. Actum et datum in Nesthow die dominica, ipsa die Inuencionis
Sancte Crucis Anno domini Millesimo quadringentesimo Quinquagesimo, presentibus ibidem Reverendissimo ac Reverendo in Christo patribus dominis
Wladislao Archiepiscopo Gneznensi et primate, et Andrea Poznaniensi Episcopo, necnon magnificis et Generosis Luca de Gorka Pozna-
niensi, Jacobo de Dambie Siradiensi, Johanne de Crethkow Brestensi, Nicolao de Szprowa Junivladislaviensi
Palatinis, et alijs quam pluribus fidedignis testibus circa premissa. Datum per manus Magnifici Johannis de Conyecpole
Cancellarij, et Petri de Szczekoczini Vicecancellarij Regni Polonie, sincere nobis dilectorum

Relacio magnifici Johannis de Conecz[pole]
Palre Regni Polonie Cancellarij

Jus seu actio cū ōmbus
brzeszeń 1450

4

1450